



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

**Ægrotus**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

*sa, in qua  
fuit patro-  
nus in foro  
conscientis.*

sumptione affectionis erga talem causam: unde procedit tantum pro foro exteriori. Igitur in conscientia potest judicare, etiam altera parte incisa, dummodo inordinatas exuat passiones. Ita Corduba sum p. 259. p. 3. tr. 5. resol. 56.

*Advocatus  
non excusa-  
tur ab irre-  
gularitate  
per protesta-  
tione, sicut  
aliquando  
accusator.*

7. Quando Clericus, vel laicus, in causa criminali potest cum protestatione accusare sine metu irregularitatis, per dictam protestationem non exculatur ab irregularitate Advocatus. Quia in iure facultas protestationis solum conceditur accusatori. Ita VIII. Jobos. tom. 1. l. 7. 21. diff. 27. num. 1. Sed Praepositus in 4. p. q. 5. dub. 13. n. 104. & ante illud Coniunctio de Sacram. diff. 12. 44b. 10. n. 95. docent, in tali casu excusari etiam Advocatum, & testes. Nam alioqui jūs accusatori non suffragaretur, quia accusatio non valet sine testibus, & indigeret etiam Advocato. p. 4. tr. 4. ref. 2.

*Sed aliqui  
dicunt excu-  
sari.*

8. Advocare an possit mutus omnino. Vide V. Mutus. num. 2. excommunicatus, vide V. Excommunicationis. num. 59.

*An posse  
advocare  
mutus.*

9. An Advocatus teneatur jejunare. Vide V. Ieiunium. p. 27.

*Reger. & qui  
ex infirmitate  
tenentur im-  
pedere aliter  
incurrunt in  
irregulari-  
tate ex homi-  
cidio voluntariorum.*

10. Reges, Gubernatores, Medici, Advocati non impedites homicidium ad quod tenebantur ex justitia, sed id faciunt ex timore, vel ignorantia, possunt obtinere dispensationem ab irregularitate ab Episcopo, stando tamen in communi sententia affirmativa, & si ex odio non impedit, irregularitas est ex homicidio voluntario, Castr. Palauis, & alii,

*Debet sub  
mortali. &  
spicere dilig-  
enter aqui-  
tatem, vel  
probabilita-  
tem causa.*

p. 10. tr. 11. ref. 21.

10. Adde quod Advocati debent sub mortali inspicere diligenter aequitatem vel probabilitatem causæ sibi propositæ. Quod si parum sibi videatur, non possunt suscipere defendendam. Si vero minus probabilis quam opposita, affirmare non possunt sibi videri probabilem, aut æquæ probabilem, quia mentirentur, & interdum perniciose cum damno clientis. Lugo. de Princip. Theol. mor. p. 1. c. 3. q. 9. n. 76. Praepositus in 1. 2. que. 19. art. 6. dub. 5. §. 1. Joan. Henr. in comp. cas. mor. c. 1. §. 3. num. 19. Diana p. 9. tr. 8. resolut. 62.

### Æ G R O T V S.

1. **A** Et Grotius in mortis articulo, aucterio periculo constitutus, potest absolvitur omnibus casibus, & censuris reservatis per quemlibet Sacerdotem, vide supra. Absolvitur à num. 28. Potest etiam communicare post cibum, vel medicinam. Vide V. Communionis, à num. 39. Quoad extremam Unctionem, vide V. Extrema Unctionis.

2. Ægrotus excusat à jejunio, & si Hora Canonis est astrictus, excusat etiam ab illis. Vide suis in locis.

### Æ T A S.

1. **A** Etas sufficiens ad discurrendum, in iure determinata est à Septennio. Septennium igitur sufficit ad peccandum, ad contrahendenda sponsalia, & obligandum confiteri semel in anno, & lacrum audire; ad recipiendum extremam Unctionem, primam Tonfratram, & tres priores Ordines minores. At vero, ad contrahendam obligacionem communicandi, & ad nubendum per verba de praesenti, requiritur annus pubertatis, qui in mari est decimus quartus, in feminina duodecimus. Ajunio excusat ætas minor annis 21. & major 60. Ad Acolytagram requiruntur duodecim anni. Ad Subdiaconatum 22. ad Diaconatum 23. ad Presbyteratum 25. omnes incepit. Ad Episcopatum & Cardinalatum 30. Vide hæc omnia suis fociis. †

2. Canonicus penitentiarius si potest haberi cum ætate 40 annorum, satis est si annus sit inceptus, si minus potest eligi alias extra Diœcesim, dummodo sit in conscientia peritus. Frances. & ali. p. 10. tr. 16. ref. 86. Pro eligendo Episcopo sufficit in Gallia 27. in Italia 30. completus Greg. XIV. §. sed cum. Pro Abbatibus, Decanis, Archypresbyteris, & de aliis dignitatibus habentibus curam animorum 25. inceptus Homobon. & alii ibid. §. Notandum, de non habentibus curam animorum 22. inceptus pro aliis vero dicitur.

*Etas suffi-  
cientia ad dis-  
currendum.  
Peccandum.*

*Recipienda  
Tonsuram,  
Ad incur-  
rendas cen-  
tras, Et nubi-  
dum. Etas  
requirita ad  
obligat. ie.  
iunii.*

*Ad Ordines.*

*Episcopatu-  
m & Cardina-  
latum.*

*Vide infra  
de atate.*